perpetuam corporibus donabitur; & ideo bene septimo diei vespera successisse non legitur. Quia tristitiam quater minetur septima autem aetas nullam habebit; quin potius ampliora laetitia ut diximus. octavae aetatis perficitur. illius videli cet quae per gloriam resurrectionis tunc incipiens. cum haec tota vita transierit. nullo umquam fine nulla rerum vicissitu dine a contemplando di vultu transmutabit;

# INCIPIT LIBER QUESTIONUM SUPER GENESIS EX DICTIS SCORUM PATRUM AUGUSTINI · GREGORII · HIERONIMI · AMBROSII · HILARII · HISIDORI · EUCHERII · ETIUNILLI ·

Δ PRIMO OMNIUM PRECEPTOR mi inquit mihi necesse est quis huius libri qui genesis apud nos dicitur scribtor habeatur.

M Sicut a maioribus nris nobis insinuatum atq; traditum est. moysen huius operis scriptorem fuisse adserunt; idest quinque librorum. qui iuxta grecos pentatheuchum nominatur; cum non dicat hoc titulus. Sed quasi de alio ipse refert; Dixit dns ad moysen; cuius exemplum in novo testamento iohannis sequens apostolus. ubicumque de se aliquid referre voluit. nomen suum studiose silentio tegendo; conversus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihs sequentem & cetera;

Δ Genesis unde hoc nomen hoc accepit.

M LXX ta & enim interpretes. symmachus & theodotion. in principio transtulerunt. & in hebraeo scriptum est. BRAESITH; Quod aquila interpretatur in capitulo. & ideo secundum sensum magis. quam secundum verbi translationem de xpo accipi potest; qui tam in ipsa fronte geneseos qui caput librorum omnium est. quam in principio iohannis evangelistae caeli & terrae conditor adprobatur; Unde & in psalterio de se ipse ait. In capitulo libri scriptum est de me. idest in principio geneseos; & in evangelio; omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil; Ideo sciendum quod liber hic apud hebreos. BRAESITH. vocetur; hanc habentium consuetudinem. ut voluminibus ex principiis eorum nomina inponant.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc159/0063